



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

B. Silvester Conf. 26. Novembris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

648 *Vitæ Sanctorum.* 26. NOV.  
donatus dimittitur. Nimirum , aiebat  
ille ad alios, hoc est, in Veneris odium  
carnem edomare ; simul carnem è sinu  
parabat producere , cùm ecce piscem  
ostentat , jamque pisce suo magis mu-  
rus se ipsum damnat. Inambulabant a-  
lias animi causā , & cadentes ex alto  
Rheni aquas arbitrabantur ; cùm ge-  
minas inibi animas volucrem indutas  
torqueri cognoverunt. Vix pro his ad  
aram fecerunt, & ad celos visæ sunt e-  
volare. Cæterum CONRADVS prius  
quām obiret, GEBHARDO nobili ad-  
olescenti sedem suam insidenti vates  
fuit , serio id post se facturum , quod  
nunc per ludum faceret. Dum ad aram  
sacrificat, delapsus araneus in calicem  
se infert, quid faceret ? eodem poculo  
& vita & mors propinabantur. Bibit  
ramen, & imperterritus à sacris mensa  
accumbit. Ibi omnibus admirantibus  
ex ore araneus innoxius exit , merito  
pedem efferre jussus à mensa, quem in-  
vocatus intulerat. Ex Membran. Ecl.  
Cont.

B. SILVESTER CONF.  
26. Novembris.

O Culos & aures advertite omnes  
Veneris columbi , & quam vos in  
aliis, in vobis alii depererent faciem, in  
aliena cum SILVESTR O contempla-  
mini. Auximi natus in Piceno vivebat,  
imo

OV.  
ebat  
dium  
sinu  
em  
mu  
nt a  
x alto  
n ge  
dutas  
his ad  
int e  
prius  
li ad  
vates  
quod  
aram  
licem  
oculo  
Bibit  
nens  
utibus  
nerito  
em in  
. Ecol  
  
N F.  
  
omnes  
vos in  
iem, in  
empla  
ivebat,  
jmo

16. NOV. *Vita Sanctorum.* 649

finò moriebatur SILVESTER, formarum elegantium idem amor atque amator. Fortè sepulchrum vespillones aperuerunt, adolescentis nobilitate & divitiis incliti, & formâ dum viveret ad miraculum exculti. Huius spectaculi arbiter SILVESTER, cùm occidisse oculorum tam lucidas stellas, defluxisse turpiter aureos illos capillos, turbatam putore illam frontis serenitatem, expirasse illam oris ambrosiam, illuminarum dulcissimum risum, illum deinde, quo tota urbs ardebat, ignem omnem in pauculos subsedisse cineres videret; *heu mihi!* exclamavit, nisi cum mente sanâ oculos etiam abstulit Venus, in hoc speculo meum video vultum. Video planissimè. *Sum*, quod hic fuit: & vero ero non multò post, quod hic est. Verba hæc gemitus interruperunt, lacrimis deinceps loquentibus. Iamque patriâ relata solus destere incepit, quod cum multis peccaverat. Mox hujus etiam instituti socios invenit, quos undique miraculis accivit tenuitque. Namque, quos flendo ipse corrumpebat oculos, reddidit aliis amissos, quamque bibebat aquam, vinum aliis non semel volevit esse. Denique quid multis? recte vivere à mortuo didicit: *Ex Ferrar.*

T t S. IA-